



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Philippo Illvstri Regi Francorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Epi. 116.
Crucifign
episcop
procedere
tholicez.
mus convocanda, venerabilibus fratribus nostris Conforanensi & Regensi Episcopis necnon & dilecto filio Cisterciensi Abbatte apostolica sedis Legatis deputatis ipsis in duces ut defensuri sanctae trinitatis honorem, sub trino triumphant regimine magistrorum. Quapropter universitatem veltram rogandam duximus & monendam, per apostolica vobis scripta praecipiendo mandantes quartenus apud subditos vestros studio sedulae prædicationis & exhortationis institerunt ad opus tam sanctum tam per se quam per sua obsequium Deo devoutum & auxilium Ecclesie opportunum impendant, scientes remissionem peccaminum a Deo ejusque Vicario universis indultam qui orthodoxæ fidei zelo succensi ad opus le accinxerint hujusmodi pietatis, ut eis labor tam sanctus ad operis satisfactionem sufficiat super illis offensis pro quibus cordis contritionem & oris confessionem veram obtulerint vero Deo. Cum autem pro fraterna defensione pugnantes a fraternis deceat injuria expediti, volumus & mandamus ut si qui nobilium Clericorum seu etiam laicorum contra pestilentes hujusmodi procedentium ad praestandas usuras juramento tenentur astri, credores eorum in vestris diocesis constitutos, cum ab ipsis fueritis requisiiti, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis ut eos a juramento penitus absolventes, ab usurta ulterius exactione desistant. Quod si quisquam creditorum ipsos ad solutionem coegerit usuraram, ipsum ad restituendum easdem, postquam fuerint persolutæ, simili censura sublatu appellationis obstaculo coactetis, credores talium diligenter quam poteritis inducentes quatinus terminos ad solutionem debitorum praefixos, donec illi labori vacaverint hujusmodi pietatis, elongent; ut sic demum retributionis corum gaudeant participio quorum certamen tali promovent adjuvamento. Præterea cum non videatur absurdum ut qui publicam causam gerunt, publicis stipendiis sustententur, universos tam Clericos quam laicos in terra nobilium virorum Duci Burgundia & Nivernensis & sancti Pauli Comitutum necnon etiam aliorum qui ad tam gloriosum certamen signati fuerint constitutos moneatis prudenter & efficaciter inducatis ut quemadmodum venerabiles fratres nostri Archiepiscopus Senonensis & suffraganei eius fecisse noscuntur, de cunctis provenientibus suis unius anni ad tam sanctum &

sumptuosum opus implendum portionem eis decimam largiantur, deputatis aliquibus viris providis ac fidelibus ad elemosynam hujusmodi colligendam, qui collectam assignent sicut predicti Legati duxerint disponendum. Datum Ferentini vii. Idus Octob. pontificatus nostri anno undecimo.

*PHILIPPO ILLVSTRI REGI
Francorum.*

VT contra crudelissimos hostes suos Ecclesia sancta Dei &c. ut in alia usq. Epist. 159.
que. Quapropter serenitatem regiam ro- Vt Iudei re-
gandam duximus & monendam, in remis- mitiant usuras
sionem sibi peccatum injungentes qua- Crucifignatis.
tinus cum a predicti Legatis fueris requi-
fitus, consilium eis ad hoc & auxilium op-
portunum impendas, populos tibi subdi-
tos inducendo ut ad opus tam sanctum
tam per se quam per sua obsequium Deo
devotum & subsidiū Ecclesie necessaria-
rum exhibere procurent, scientes remis-
sionem peccatum &c. usque obtulerint
vero Deo. Quia igitur apud eos districcio
forte poterit proficere temporalis a quibus
super hoc spiritualis inducō non admittitur,
tuam regalem mansuetudinem in Domi-
no deprecamur quatinus Iudeos sub
tuo dominio constitutos inducas regiaque
potestate compellas ut debitoribus suis in
hujusmodi Dei obsequium profecturis om-
nino relaxent usuras, & terminos ad exol-
vendum sortem præfixos, si fieri potest,
prorogen competenter, ut preter sub-
ventiones alias quas Ecclesie in tam sancto
negotio ministraveris, ex hoc quoque
merces tibi æternæ retributionis accrescat.
Datum Ferentini vii. Idus Octob. pon-
tificatus nostri anno undecimo.

ARCHIEPISCOPO LARISENNO.

Spplicavisti nobis ut cum in sede tua propter hostium circumstantiam sine damno rerum & propriæ timore personæ residere non possis, residendi apud Ferchikam largiri tibi licentiam dignaremur, qui videlicet locus diocesana sibi est lege subiectus, & in eo dudum sedes archiepiscopalis noscitur extitisse; maximè cum loci Comestabulus, si hoc fiat, lacum ipsum intendat beneficiis ampliare. Quocirca fraternitatì tuae per apostolica scripta mandamus quartenus ob necessitatem hujusmodi residentiam tuam in loco facias memorato, ita tamen ut per hoc priori loco archiepiscopal dignitas minimè auferatur. Datum Ferentini iii. Idus Octob.

Epi. 160.
Datur sibi Il-
lustris residen-
tia apud Fer-
chikam.